Jesu patientissime, mis.
Jesu obedientissime, mis.
Jesu mitis et humilis corde, mis.
Jesu amator castitatis, mis.
Jesu amator noster, mis.
Jesu Deus pacis, mis.
Jesu auctor vitæ, mis.
Jesu exemplar virtutum, mis.
Jesu zelator animarum, mis.
Jesu Deus noster, mis.
Jesu refugium nostrum, mis.
Jesu Pater pauperum, mis.
Jesu thesaurus fidelium, mis.
Jesu bone Pastor, mis.
Jesu lux vera, mis.
Jesu sapientia æterna, mis.
Jesu bonitas infinita, mis.

Jesu via et vita nostra, mis.
Jesu gaudium Angelorum, mis.
Jesu Rex Patriarcharum, mis.
Jesu inspirator Prophetarum, mis.
Jesu Magister Apostolorum, mis.
Jesu Doctor Evangelistarum, mis.
Jesu fortitudo Martyrum, mis.
Jesu lumen Confessorum, mis.
Jesu puritas Virginum, mis.
Jesu corona Sanctorum omnium, mis.

Pro-pi-ti-us es-to : Par-ce no-bis, Je- su.
Pro-pi-ti-us es-to : Ex-au- di nos, Je- su.
Ab om-ni ma-lo, Li- be- ra nos, Je- su.

Ab omni peccato, libera.
Ab irâ tuâ, libera.
Ab insidiis diaboli, lib.
A spiritu fornicationis, lib.
A morte perpetuâ, lib.
A neglectu inspirationum tuarum, lib.
Per mysterium sanctæ Incarnationis tuæ, lib.
Per Nativitatem tuam, lib.
Per infantiam tuam, lib.
Per divinissimam vitam tuam, lib.
Per labores tuos, lib.
Per agoniam et Passionem tuam, lib.
Per languores tuos, lib.
Per Crucem et derelictionem tuam, lib.
Per mortem et sepulturam tuam, lib.
Per sanctam Resurrectionem tuam, lib.
Per admirabilem Ascensionem tuam, lib.
Per adventum Spiritûs Sancti Paracleti, lib.










IMAGE EVALUATION TEST TARGET (MT-3)



6"



Per gaudia tua, lib.
Per gloriam tuam, lib.





℣. Sit Nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc et usque in sæculum.

Oremus.

DOMINE Jesu Christe, qui dixisti; petite, et accipietis; quærite, et invenietis; pulsate, et aperietur vobis : da nobis, quæsumus, petentibus divinissimi tui amoris affectum, ut te toto corde, ore et opere diligamus, et à tuâ nunquam laude cessemus. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

LITANIES EN L'HONNEUR DE LA SAINTE VIERGE.






Et ainsi de suite, changeant d'air à chaque verset.

Spiritus Sancte, Deus, miserere.
Sancta Trinitas, unus Deus, miserere.
Sancta Maria, Ora pro nobis.
Sancta Dei Genitrix, ora.
Sancta Virgo Virginum, ora.
Mater Christi, ora.
Mater divinæ gratiæ, ora.
Mater purissima, ora.
Mater castissima, ora.
Mater inviolata, ora.
Mater intemerata, ora.
Mater amabilis, ora.
Mater admirabilis, ora.

Mater Creatoris, ora.
Mater Salvatoris, ora.
Virgo prudentissima, ora.
Virgo veneranda, ora.
Virgo prædicanda, ora.
Virgo potens, ora.
Virgo clemens, ora.
Virgo fidelis, ora.
Speculum justitiæ, ora.
Sedes sapientiæ, ora.
Causa nostræ lætitiæ, ora.
Vas spirituale, ora.
Vas honorabile, ora.
Vas insigne devotionis, ora.
Rosa mystica, ora.
Turris Davidica, ora.
Turris eburnea, ora.
Domus aurea, ora.
Fœderis arca, ora.
Janua cœli, ora.
Stella matutina, ora.
Salus infirmorum, ora.
Refugium peccatorum, ora.
Consolatrix afflictorum, ora.
Auxilium Christianorum, ora.
Regina Angelorum, ora.
Regina Patriarcharum, ora.
Regina Prophetarum, ora.
Regina Apostolorum, ora.
Regina Martyrum, ora.
Regina Confessorum, ora.
Regina Virginum, ora.
Regina Sanctorum omnium, ora.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis, Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos, Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.



V. Ora pro nobis, sancta Dei Genitrix.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

GRATIAM tuam, quæsumus, Domine, mentibus nostris infunde; ut qui, Angelo nuntiante, Christi Filii tui Incarnationem cognovimus, per Passionem ejus et Crucem ad Resurrectionis gloriam perducamur. Per eumdem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

LITANIES EN L'HONNEUR DE SAINTE ANNE.



Pa-ter de cœ-lis, De-us, Mi-se-re-re no-bis.

Fili, Redemptor mundi, Deus, miserere nobis.
Spiritus Sancte, Deus, mis.
Sancta Trinitas, unus Deus, mis.
Sancta Anna, Ora pro nobis.
Sancta Anna, avia Christi, ora.
Sancta Anna, mater Mariæ Virginis, ora.
Sancta Anna, sponsa Joachim, ora.
Sancta Anna, socrus Joseph, ora.
Sancta Anna, arbor bona, ora.
Sancta Anna, vitis fructifera, ora.
Sancta Anna, lætitia Angelorum, ora.
Sancta Anna, proles Patriarcharum, ora.
Sancta Anna, gloria Sacerdotum et Levitarum, ora.
Sancta Anna ,vas plenum gratiæ, ora.
Sancta Anna, speculum obedientiæ, ora.
Sancta Anna, speculum patientiæ, ora.
Sancta Anna, speculum misericordiæ, ora.
Sancta Anna, speculum devotionis, ora.
Sancta Anna, propugnaculum Ecclesiæ, ora.
Sancta Anna, refugium peccatorum, ora.
Sancta Anna, auxilium Christianorum, ora.
Sancta Anna, liberatio captivorum, ora.
Sancta Anna, solatium conjugatorum, ora.
Sancta Anna, mater viduarum, ora.
Sancta Anna, via peregrinorum, ora.
Sancta Anna, spes navigantium, ora.
Sancta Anna, portus naufragantium, ora.
Sancta Anna, anchora pereuntium, ora.
Sancta Anna, medicina languentium, ora.
Sancta Anna, baculus claudorum, ora.
Sancta Anna, lingua mutorum, ora.
Sancta Anna, auris surdorum, ora.
Sancta Anna, consolatio afflictorum, ora.

Sancta Anna, auxiliatrix omnium ad te clamantium, Intercede pro nobis.

Agnus Dei &c.


V. Diffusa est gratia in labiis tuis.

R. Propterea benedixit te Deus in æternum.

OREMUS.

DEUS, qui Beatæ Annæ gratiam conferre dignatus es, ut Genitricis Unigeniti Filii tui mater effici mereretur ; concede propitius ut cujus (solemnia celebramus) *ou* (commemorationem colimus), ejus apud te patrociniis adjúvemur. Per eumdem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

LITANIES EN L'HONNEUR DE SAINT FRANÇOIS-XAVIER.



Pa-ter de cœ-lis, De-us, Mi-se-re-re no-bis.

Fili, Redemptor mundi, Deus, miserere nobis.


Spiritus Sancte, Deus, miserere nobis.

Sancta Trinitas, unus Deus, miserere nobis.
Sancta Maria, Dei Genitrix, ora pro nobis.
Sancta Maria, Virgo Virginum, ora.
Sancte Francisce, zelo ardentissime, ora.
Sancte Francisce, crucifixo devotissime, ora.

Sancte Francisce,
Laborantium consolator, ora.
Triumphator dæmoniorum, ora.
Pacis evangelista, ora.
Suscitator mortuorum, ora.
Fidei propagator, ora.
Expugnator infidelium, ora.
Paupertatis observantissime, ora.
Castitatis amator, ora.
Exemplar obedientiæ, ora.

Sancte Francisce,
Virtutibus ornatissime, ora.
Evangelicis volatibus angele, ora.
Orientalium patriarcha, ora.
Gratiâ et spiritu propheta, ora.
Laboribus et successu apostole, ora.
Desiderio martyr, ora.
Opere confessor, ora.
Corpore et spiritu virgo, ora.
Sanctorum imitator omnium, ora.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis, Domine.
Agnus, &c. Exaudi nos, Domine.
Agnus, &c. Miserere nobis.



V. Ora pro nobis, Sancte Francisce Xaveri;
R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

DEUS, qui Indiarum gentes Beati Francisci prædicatione et miraculis Ecclesiæ tuæ aggregare voluisti; concede propitius, ut cujus gloriosa merita veneramur, virtutum quoque imitemur exempla. Per Christum Dominum nostrum.

ORDRE

DES PRIERES QUI SE FONT PROCESSIONNELLEMENT POUR DES NECESSITES PUBLIQUES.

(Extrait du Rituel de Québec.)

Le Clergé étant assemblé au Chœur, on commence par chanter l'Ant. Exurge, &c. *comme au jour de la Chandeleur, ci-devant page 3. Après l'Antienne répétée, l'Officiant revêtu d'un surplis et d'une étole violette, chante l'Oraison qui suit.*

OREMUS.


MENTEM familiæ tuæ, quæsumus, Domine, interveniente Beatâ Dei Genitrice Mariâ cum omnibus Sanctis, et munere compunctionis aperi, et largitate pietatis exaudi. Per eumdem Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Cette Oraison finie, la Procession se met aussitôt en marche. Cependant l'Officiant commence l'Antienne Intret, &c. *qui ne se double pas, et*

les Chantres entonnent le Psaume Domine, ne in furore tuo, &c. *qui est suivi des autres Psaumes pénitentiaux, comme ci-après.*

Antienne.



PSAUME, 6.

DOMINE, ne in furore tuo arguas me: * neque in irâ tuâ corripias me.

Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum: * sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valdè: * sed tu Domine, usquequo?

Convertere, Domine, & eripe animam meam: * salvum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tuî: * in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum: * lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est à furore oculus meus: * inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite a me, omnes qui operamini iniquitatem; * quoniam exaudivit Dominus vocem fletûs mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam: * Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: * convertantur & erubescant valdè velociter. Gloria Patri, &c.

PSAUME 31.

BEATI quorum remissæ sunt iniquitates; * et quorum tecta sunt peccata.
Beatus vir cui non imputavit Dominus pecca-
um :* nec est in spiritu ejus dolus.
Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea ; *
um clamarem totâ die.
Quoniam die ac nocte gravata est super me
anus tua ; * conversus sum in ærumnâ meâ,
um configitur spina.
Delictum meum cognitum tibi feci ; * & in-
stitiam meam abscondi.
Dixi, confitebor adversum me injustitiam me-
n Domino ; * et tu remisisti impietatem pec-
ati mei.
Pro hâc orabit ad te omnis sanctus ; * in tem-
ore opportuno.
Verumtamen in diluvio aquarum multarum ; *
l eum non approximabunt.
Tu es refugium meum à tribulatione quæ
rcumdedit me : * exultatio mea, erue me à cir-
umdantibus me.
Intellectum tibi dabo, et instruam te in viâ
âc quâ gradieris : * firmabo super te oculos
eos.
Nolite fieri sicut equus et mulus, * quibus
on est intellectus.
In chamo & fræno maxillas eorum constringe,
qui non approximant ad te.
Multa flagella peccatoris : * sperantem autem
Domino misericordia circumdabit.
Lætamini in Domino, & exultate, justi : * &
oriamini, omnes recti corde.
Gloria Patri, &c.

PSAUME, 37.

DOMINE, ne in furore tuo arguas me, * neque in irâ tuâ corripias me.

Quoniam sagittæ infixæ sunt mihi; * & confirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne meâ, à facie iræ tuæ: * non est pax ossibus meis, à facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: * & sicut onus grave, gravatæ sunt super me.

Putruerunt et corruptæ sunt cicatrices meæ; * à facie insipientiæ meæ.

Miser factus sum & curvatus sum usque in finem: * totâ die contristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus; * & non est sanitas in carne meâ.

Afflictus sum & humiliatus sum nimis: * rugiebam à gemitu cordis mei.

Domine, ante te omne desiderium meum; * & gemitus meus à te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea: * & lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum.

Amici mei & proximi mei: * adversùm me appropinquaverunt et steterunt.

Et qui juxtà me erant, de longè steterunt: * & vim faciebant qui quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates: * et dolos totâ die meditabantur.

Ego autem tanquàm surdus non audiebam: * & sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens, * & non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te, Domine, speravi : * tu exaudies me, Domine, Deus meus.

Quia dixi, nequandò supergaudeant mihi inimici mei : * et dùm commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum : * et dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo, * et cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt et confirmati sunt super me ; * et multiplicati sunt qui oderunt me iniquè.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi, * quoniam sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me, Domine, Deus meus : * ne discesseris à me.

Intende in adjutorium meum, * Domine, Deus salutis meæ.

Gloria Patri, &c.

Psaume 50.

MISERERE meî, Deus * secundùm magnam misericordiam tuam.

Et secundùm multitudinem miserationum tuarum : * dele iniquitatem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitate meâ ; * et à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco ; * et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci : * ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cùm judicâris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum : * et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti : * incerta et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo et mundabor : * lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et lætitiam ; * et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis, * et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus ; * et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me à facie tuâ : * et spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui ; * et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas ; * et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meæ ; * et exultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine, labia mea aperies : * et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique : * holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus : * cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies.

Benignè fac, Domine, in bonâ voluntate tuâ Sion : * ut ædificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes et holocausta : *tunc imponent super altare tuum vitulos.

Gloria Patri, &c.

PSAUME 101.

DOMINE, exaudi orationem meam ; * et clamor meus ad te veniat.

Non avertas faciem tuam à me : * in quâcumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quâcumque die invocavero te, * velociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei ; * et ossa mea sicut cremium aruerunt.

Percussus sum ut fœnum, et aruit cor meum ; * quia oblitus sum comedere panem meum.

A voce gemitûs mei, * adhæsit os meum carni meæ.

Similis factus sum pellicano solitudinis : * factus sum sicut nycticorax in domicilio.

Vigilavi, * et factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Totâ die exprobrabant mihi inimici mei ; * et qui laudabant me, adversùm me jurabant.

Quia cinerem tanquàm panem manducabam ; * et potum meum cum fletu miscebam.

A facie iræ et indignationis tuæ ; * quia elevans allisisti me.

Dies mei sicut umbra declinaverunt ; * et ego sicut fœnum arui.

Tu autem, Domine, in æternum permanes ; * et memoriale tuum in generationem et generationem.

Tu exurgens misereberis Sion ; * quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus.

Quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus, * et terræ ejus miserebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum, Domine, * et omnes reges terræ gloriam tuam.

Quia ædificavit Dominus Sion, * et videbitur in gloriâ suâ.

Respexit in orationem humilium, * et non sprevit precem eorum.

Scribantur hæc in generatione alterâ : * et po-

pulus qui creabitur, laudabit Dominum.

Quia prospexit de excelso sancto suo : * Dominus de cœlo in terram aspexit.

Ut audiret gemitus compeditorum ; * ut solveret filios interemptorum.

Ut annuntient in Sion nomen Domini ; * et laudem ejus in Jerusalem.

In conveniendo populos in unum ; * et reges, ut serviant Domino.

Respondit ei in viâ virtutis suæ : * paucitatem dierum meorum nuntia mihi.

Ne revoces me in dimidio dierum meorum ; * in generationem et generationem anni tui.

Initio tu, Domine, terram fundasti : * et opera manuum tuarum sunt cœli.

Ipsi peribunt, tu autem permanes : * et omnes sicut vestimentum veterascent.

Et sicut opertorium mutabis eos, et mutabuntur ; * tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.

Filii servorum tuorum habitabunt ; * et semen eorum in sæculum dirigetur.

Gloria Patri, &c.

PSAUME 129.

DE profundis clamavi ad te, Domine : * Domine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes, * in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris, Domine : * Domine, quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est ; * et propter legem tuam sustinui te, Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus : speravit

anima mea in Domino.

A custodiâ matutinâ usque ad noctem, * speret Israël in Domino.

Quia apud Dominum misericordia : * et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël, * ex omnibus iniquitatibus ejus. Gloria Patri, &c.

PSAUME 142.

DOMINE, exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam in veritate tuâ : * exaudi me in tuâ justitiâ.

Et non intres in judicium cum servo tuo ; * quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus animam meam ; * humiliavit in terrâ vitam meam.

Collocavit me in obscuris sicut mortuos sæculi, et anxiatus est super me spiritus meus : * in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis ; * in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te : * anima mea sicut terra sine aquâ tibi.

Velociter exaudi me, Domine : * defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam à me : * et similis ero descendentibus in lacum.

Auditam fac mihi manè misericordiam tuam : * quia in te speravi.

Notam fac mihi viam in quâ ambulem : * quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis, Domine ; ad te

confugi: * doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: * propter nomen tuum, Domine, vivificabis me in æquitate tuâ.

Educes de tribulatione animam meam: * et in misericordiâ tuâ disperdes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animam meam; * quoniam ego servus tuus sum.

Gloria Patri, &c.



i- ras- ca- ris no-bis. 8 *ton.*

Si l'on célèbre la Messe dans quelque Eglise, on choisit entre les Messes Votives celle qui convient à la nécessité pour laquelle on fait la Procession. En revenant, on chante les Litanies des Saints, comme aux Rogations, ci-dessus, p. 29.

Si c'est contre une disette que se fait la Procession, on dit trois fois Ut fructus terræ, &c.

Si c'est contre quelque autre fléau ; après avoir dit Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, *on ajoute trois fois un Verset convenable à la calamité. Par exemple :*

En temps de sécheresse : Ut congruentem pluviam fidelibus tuis concedere digneris ; Te rogamus, audi nos.

En temps de pluie : Ut fidelibus tuis aëris serenitatem concedere digneris ; Te rogamus, audi nos.

En temps de peste ou de maladie : Ut à morbo *(ou)* à pestilentiæ flagello nos liberare digneris ; Te rogamus, audi nos.

En temps de guerre : Ut inimicos pacis humiliare digneris ; Te rogamus, audi nos.

Puis on continue les Litanies : Ut nos exaudire digneris, &c. *ci-dessus, page 33 ; jusqu'aux quatre premières Oraisons (page 36) inclusivement, auxquelles on ajoute, sous une même conclusion, celle qui convient à la nécessité pour la-*

quelle se font les prières. On la choisira entre les suivantes.

Dans un temps de Schisme.

FAC, quæsumus, Domine, Deus pacis et dilectionis, ut non sint in nobis schismata, sed perfecti in eodem sensu et in eâdem sententiâ idipsum sapiamus omnes secundùm Jesum Christum, et unanimes uno ore honorificemus te Patrem Domini nostri Jesu Christi, qui tecum vivit, &c.

Contre les Infidèles.

OMNIPOTENS, sempiterne Deus, in cujus manu sunt omnium potestates et omnium jura Regnorum ; respice in auxilium Christianorum, ut gentes quæ in suâ feritate confidunt, dexteræ tuæ potentiâ conterantur. Per Christum, &c.

Pour ceux qui vont en Guerre.

DEUS, qui conteris bella, et impugnatores in te sperantium potentiâ tuæ defensionis expugnas ; auxiliare famulis tuis implorantibus misericordiam tuam ; ut inimicorum suorum feritate depressâ, incessabili te gratiarum actione laudemus.

Pour la Paix.

DEUS, à quo sancta desideria, recta consilia et justa sunt opera, da servis tuis illam, quam mundus dare non protest, pacem ; ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et, hostium sublatâ formidine, tempora sint tuâ protectione tranquilla.

Dans un temps de Mortalitée et de Peste.

DEUS, qui non mortem sed pænitentiam desideras peccatorum, populum tuum ad te revertentem propitius respice : ut dùm tibi devotus existit, iracundiæ tuæ flagella ab eo clementer amoveas.

Pour les Malades.

OMNIPOTENS, sempiterne Deus, salus æterna credentium, exaudi nos pro infirmis famulis tuis pro quibus misericordiæ tuæ imploramus auxilium ; ut, redditâ sibi sanitate, gratiarum tibi in Ecclesiâ tuâ referant actiones.

Dans un temps de Famine.

DA nobis, quæsumus, Domine, piæ supplicationis effectum, et famem propitiatus averte ; ut mortalium corda cognoscant et, te indignante, talia flagella prodire, et, te miserante, cessare.

Pour la conservation et maturité des Fruits.

EFFUNDE, quæsumus, Domine, Deus noster, benedictionem tuam super populum tuum et super omnes fructus terræ ; ut collecti ad laudem et honorem sancti Nominis tui dispensentur.

Pour demander de la Pluie.

DEUS, in quo vivimus, movemur et sumus, pluviam nobis tribue congruentem ; ut, præsentibus subsidiis sufficienter adjuti, sempiterna fiducialiùs appetamus.

Contre les Inondations.

DEUS, qui in ministerio aquarum salutis tuæ nobis sacrementa sanxisti, jube terrores in-

undantium cessare aquarum : ut qui se regenerantibus aquis gaudent renatos, gaudeant his castigantibus esse correctos.

Pour demander du Beau-temps.

AD te nos, Domine, clamantes exaudi, et aëris serenitatem nobis tribue supplicantibus : ut qui justè pro peccatis nostris affligimur, misericordiâ tuâ præveniente, clementiam sentiamus.

Pour détourner les Orages.

A DOMO tuâ, quæsumus, Domine, spirituales nequitiæ repellantur, et aërearum discedat malignitas tempestatum.

Contre la Maladie des Animaux.

DEUS, qui laboribus hominum etiam de animalibus solatia subrogasti ; supplices te rogamus, ut sine quibus non alitur humana conditio, nostris facias usibus non perire.

Pour toutes sortes de Nécessités.

DEUS, refugium nostrum et virtus ; adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus, autor ipse pietatis ; et præsta ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, &c. R. Amen.

PRIERES PUBLIQUES

POUR L'OUVERTURE D'UNE MISSION, D'UNE NEUVAINE, D'UN JUBILE', OU D'UNE RETRAITE.







QUI Paracletus diceris,
onum Dei Altissimi,
ons vivus, ignis, charitas,
t spiritalis unctio.
TU septiformis munere,
extræ Dei tu digitus,
u ritè promissum Patris,
ermone ditans guttura.
ACCENDE lumen sensibus,
nfunde amorem cordibus,
nfirma nostri corporis
irtute firmans perpeti.
HOSTEM repellas longiùs,
acemque dones protinùs ;
uctore sic te prævio,
itemus omne noxium.
PER te sciamus da Patrem,
oscamus atque Filium,
e utriusque Spiritum
redamus omni tempore.
GLORIA Patri Domino,
atoque, qui à mortuis

Surrexit, ac Paraclito,
In sæculorum sæcula. Amen.

V. Emitte spiritum tuum, et creabuntur.
R. Et renovabis faciem terræ.


ORÉMUS.

DEUS, qui corda fidelium Sancti Spiritûs illustratione docuisti; da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.


PRIERES POUR ACTIONS DE GRACES.

On chante l'Hymne Te Deum, &c. *ci-dessus, page* 61.

L'Hymne finie, on chante le Verset suivant.



V. Be-ne-di-ca-mus Pa-trem et Fi-li-
R. Lau-de-mus et superexaltemus



um cum sanc-to Spi-ri-tu.
eum in sæ-cu-la.

Au temps pascal on ajoute : Alleluia.


L'Officiant : V. Dominus vobiscum. R. Et cum, &c.

ORÉMUS.

DEUS, cujus misericordiæ non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus; piissimæ majestati tuæ pro collatis donis gratias agi-

mus, tuam semper clementiam exorantes: ut qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens ad præmia futura disponas. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat, &c. R. Amen. V. Dominus vobiscum. R. Et cum, &c.

Puis on chante au Chœur.



Enfin le Célébrant dit, sans chanter, le
V. Divinum auxilium maneat semper nobiscum. R. Amen.

Si l'on chante le Te Deum *pour un bienfait qui intéresse particulièrement l'Eglise, ou le Pape, ou l'Evêque Diocésain, on doit à l'Oraison* Deus cujus misericordiæ, &c. *ajouter, sous la même conclusion, une des trois suivantes.*

Pour l'Eglise.

ECCLESIÆ tuæ, quæsumus, Domine, preces placatus admitte: ut destructis adversitatibus et erroribus universis, securâ tibi serviat libertate. Per Dominum, &c.

Pour le Pape.

DEUS, omnium fidelium pastor et rector, famulum tuum N. quem Pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, propitius respice: da ei, quæsumus, verbo et exemplo quibus præest proficere, ut ad vitam unà cum grege sibi credito perveniat sempiternam. Per Dominum, &c.

Pour l'Evêque.

DEUS, qui populis tuis indulgentiâ consulis et amore dominaris, Pontifici nostro N. cui dedisti regimen disciplinæ, da spiritum sapientiæ: ut de profectu sanctarum ovium fiant gaudia æterna Pastoris. Per Dominum nostrum, &c.

Enfin, si l'on chante le Te Deum *pour un bienfait qui regarde le Roi et l'Etat, comme pour une Victoire, pour la Paix, &c. on chantera, après l'Oraison* Deus cujus misericordiæ, &c. *le Psaume, le Verset et l'Oraison qui suivent.*

PSAUME, 19.

EXAUDIAT te Dominus in die tribulationis: * protegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxilium de sancto: * et de Sion tueatur te.

Memor sit omnis sacrificii tui: * et holocaustum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi secundùm cor tuum: * et omne consilium tuum confirmet.

Lætabimur in salutari tuo : * et in nomine Dei nostri magnificabimur.

Impleat Dominus omnes petitiones tuas : * nunc cognovi quoniam salvum fecit Dominus Christum suum.

Exaudiet illum de cœlo sancto suo : * in potentatibus salus dexteræ ejus.

Hi in curribus, et hi in equis : * nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus.

Ipsi obligati sunt et ceciderunt : * nos autem surreximus, et erecti sumus.

Domine, salvum fac Regem : * et exaudi nos in die quâ invocaverimus te.

Gloria Patri et Filio, * et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc et semper, * et in sæcula sæculorum. Amen.

V. Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ.

R. Et super filium hominis, quem confirmasti tibi.

Oremus.

QUÆSUMUS, omnipotens Deus, ut famulus tuus N. Rex noster, qui tuâ miseratione suscepit regni gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa; quibus decenter ornatus vitiorum monstra devitare, hostes superare, et ad te, qui via, veritas et vita es, gratiosus valeat pervenire. Qui vivis et regnas Deus in sæcula sæculorum. Amen.

ORDRE

DES

SÉPULTURES.

(Extrait du Rituel de Québec.)


SÉPULTURES DES PETITS ENFANS.

Le Prêtre revêtu d'un surplis et d'une étole blanche, et précédé d'un Clerc portant une croix sans bâton, se rend à la maison du défunt, jette de l'eau bénite sur le corps, et dit:


V. Sinite parvulos venire ad me.
R. Talium est enim regnum cœlorum.


Puis il entonne l'Antienne Sit Nomen Domini, *sur le ton de laquelle on chante le Psaume suivant, sans la doubler.*

Antienne.



PSAUME 112.





lau- da- te no-men Do- mi- ni.

Sit nomen Domini benedictum : * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occasum : * laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus : * et super cœlos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat : * et humilia respicit in cœlo et in terrâ ?

Suscitans à terrâ inopem : * et de stercore erigens pauperem.

Ut collocet eum cum principibus : * cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo : * matrem filiorum lætantem.

Gloria Patri, et Filio : * et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc et semper : * et in sæcula sæculorum. Amen.

Ant.

SIT no-men Do-mi-ni be-ne-dic-tum ex hoc nunc et us- que in sæ-cu-lum. 2 *ton.*

Le Prêtre.

V. Me autem propter innocentiam suscepisti.
R. Et confirmasti me in conspectu tuo in æternum.
V. Domine, exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.
V. Dominus vobiscum, R. Et cum, &c.

ORESMUS.

DEUS totius consolationis, qui parvulis post Baptismi gratiam ex hoc sæculo migrantibús innocentiæ præmia largiris æterna; concede propitius, ut quæ illis gaudia contulisti, eadem nos, quasi modò geniti infantes, consequi mereamur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Le Prêtre jette de l'eau bénite sur le corps, en disant :

Accipiet benedictionem à Domino et misericordiam à Deo salutari suo.

Pendant qu'on porte le corps à l'Eglise, on chante les Psaumes suivans.

PSAUME 118.



Beati qui scrutantur testimonia ejus : * in toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operantur iniquitatem : * in viis ejus ambulaverunt.

Tu mandasti : * mandata tua custodiri nimis.

Utinam dirigantur viæ meæ : * ad custodiendas justificationes tuas.

Tunc non confundar : * cùm perspexero in omnibus mandatis tuis.

Confitebor tibi in directione cordis : in eo quòd didici judicia justitiæ tuæ.

Justificationes tuas custodiam : * non me derelinquas usquequaque.

In quo corrigit adolescentior viam suam : * in custodiendo sermones tuos.

In toto corde meo exquisivi te : * ne repellas me à mandatis tuis.

In corde meo abscondi eloquia tua : * ut non peccem tibi.

Benedictus es, Domine : * doce me justificationes tuas.

In labiis meis pronuntiavi : * omnia judicia oris tui.

In viâ testimoniorum tuorum delectatus sum : * sicut in omnibus divitiis.

In mandatis tuis exercebor : * et considerabo vias tuas.

In justificationibus tuis meditabor : * non obliviscar sermones tuos.

Gloria Patri, &c.

Psaume 8.

DOMINE, Dominus noster : * quàm admirabile est nomen tuum in universâ terrâ !

Quoniam elevata est magnificentia tua, * super cœlos.

Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos : * ut destruas inimicum et ultorem.

Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum : * lunam et stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quòd memor es ejus : * aut filius hominis, quoniam visitas eum ?

Minuisti eum paulò minùs ab Angelis, gloriâ et honore coronasti eum : * et constituisti eum super opéra manuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus : * oves et boves universas, insuper et pecora campi.

Volucres cœli et pisces maris : * qui perambulant semitas maris.

Domine, Dominus noster : * quàm admirabile est nomen tuum in universâ terrâ !


Gloria Patri, &c.


Si ces Psaumes ne suffisoient pas, on pourroit y ajouter le 18*e*. Cœli enarrant gloriam Dei, &c.

Le Prêtre dit, en entrant dans l'Eglise :

Aperite mihi portas justitiæ : ingressus in eas, confitebor Domino : hæc porta Domini, justi intrabunt in eam.

Puis il entonne l'Antienne :





PSAUME 23.

D O-mi-ni est ter-ra et ple-ni-tu-do e-jus : * or-bis ter-ra-rum et u-ni-ver-si qui ha-bi-tant in e-o.

Quia ipse super maria fundavit eum : * et super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini : * aut quis stabit in loco sancto ejus ?

Innocens manibus et mundo corde : *qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem à Domino : * et misericordiam à Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum : * quærentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas, principes, vestras ; et elevamini portæ æternales : * et introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ ? * Dominus fortis et potens, Dominus potens in prælio.

Attollite portas, principes, vestras ; et elevami-, portæ æternales : * et introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? * Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ. Gloria Patri, &c.

Ant. H Ic ac- ci- pi- et be-ne-dic-ti-o-nem à Do-mi-no, et mi-se-ri-cor-di-am à De-o sa-lu-ta-ri su-o: qui-a hæc est ge-ne-ra-ti-o quæ-ren- ti-um Do-mi-num.

K Y-ri-e, e-le-i-son. Christe, e-le-i-son. Ky-ri-e, e-le-i-son.

Le Prêtre. Pa-ter nos-ter, &c.

Pendant qu'on le récite tout bas, il jette de l'eau bénite sur le corps, et poursuit:



V. Et ne nos inducas in tentationem.
R. Sed libera nos à malo.
V. Me autem propter innocentiam suscepisti.
R. Et confirmasti me in conspectu tuo in æternum.
V. Dominus vobiscum. R. Et cum, &c.

Oremus.

OMNIPOTENS et mitissime Deus, qui omnibus parvulis renatis fonte Baptismatis, dùm migrant à sæculo sine ullis eorum meritis, vitam illico largiris æternam, sicut animam hujus parvuli hodiè credimus te fecisse ; fac nos, quæsumus, Domine, per intercessionem Beatæ Mariæ semper Virginis et omnium sanctorum tuorum hîc purificatis tibi mentibus famulari, et in Paradiso cum beatis parvulis perenniter sociari. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

C'est après cette Oraison qu'on célèbre la Messe, quand elle doit avoir lieu.

En allant au Cimetière, le Prêtre entonne l'Antienne Juvenes, *qui ne se double pas ; et on chante les Psaumes suivans en tout ou enpartie.*



PSAUME 148.



Laudate eum, omnes Angeli ejus: * laudate eum, omnes virtutes ejus.

Laudate eum, sol et luna: * laudate eum, omnes stellæ et lumen.

Laudate eum, cœli cœlorum: * et aquæ omnes quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit et facta sunt: * ipse mandavit et creata sunt.

Statuit ea in æternum et in sæculum sæculi: * præceptum posuit et non præteribit.

Laudate Dominum de terrâ, * dracones et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, * quæ faciunt verbum ejus.

Montes et omnes colles: * ligna fructifera et omnes cedri.

Bestiæ et universa pecora, * serpentes et volucres pennatæ.

Reges terræ, et omnes populi: * principes et omnes judices terræ.

Juvenes et virgines, senes cum junioribus laudent nomen Domini: * quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super cœlum et terram : * et exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus : * filiis Israël, populo appropinquanti sibi.

Psaume 149.

CANTATE Domino canticum novum : * laus ejus in Ecclesiâ sanctorum.

Lætetur Israël in eo qui fecit eum : * et filii Sion exultent in Rege suo.

Laudent nomen ejus in choro : * in tympano et psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in populo suo : * et exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt Sancti in gloriâ : lætabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum : * et gladii ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus ; * increpationes in populis.

Ad alligandos Reges eorum in compedibus : * et nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis judicium conscriptum : * gloria hæc est omnibus Sanctis ejus.

Psaume 150.

LAUDATE Dominum in sanctis ejus : * laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus : * laudate eum secundùm multitudinem magnitudinis ejus.

Laudatem eum in sono tubæ : * laudate eum in psalterio et citharâ.

Laudate eum in tympano et choro : * laudate eum in chordis et organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus; laudate eum in cymbalis jubilationis : * omnis spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri, et Filio : * et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc et semper : * et in sæcula sæculorum. Amen.



Le Prêtre jette de l'eau-benite (en forme de croix) dans la fosse, et dès que le corps de l'enfant y est descendu, il jette de la terre dessus par trois fois (en forme de croix) en disant :

Revertitur pulvis in terram suam undè erat, et spiritus redit ad Deum qui dedit illum.

Puis ayant encore jetté de l'eau-bénite sur le corps de l'enfant, il chante, sur le même air que ci-devant, page 117*:*

Kyrie, eleison.
Christe, eleison.
Kyrie, eleison. Pater noster, &c. *tout bas.*

V. Et ne nos inducas in tentationem.
R. Sed libera nos à malo.
V. Sinite parvulos venire ad me.
R. Talium est enim regnum cœlorum.
V. Ex ore infantium et lactentium,
R. Perfecisti laudem tuam, Domine.
V. Dominus vobiscum. R. Et cum, &c.

OREMUS.


OMNIPOTENS, sempiterne Deus, sanctæ puritatis amator, qui animam hujus parvuli ad cœlorum regnum hodiè misericorditer vocare dignatus es : digneris etiam, Domine, ità nobiscum misericorditer agere, ut meritis tuæ sanctissimæ Passionis, et intercessione Beatæ Mariæ semper Virginis et omnium sanctorum tuorum, in eodem regno nos cum omnibus sanctis et electis tuis semper facias congaudere : qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritûs Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.
R. Amen.

En retournant à l'Eglise, on chante le Cantique des trois Enfans, Benedicite omnia opera, &c. *sous l'Antienne suivante, qui ne se double pas.*


Ant. Be-ne- di- ci-te, e u i æ u a 7.

Cantique des trois Enfans, DAN. III.

BE-ne-di-ci-te, om-ni-a o- pe-ra Do-



mi-ni, Do-mi-no: * lau-da-te et su-per-e-



xal-ta- te e-um in sæ- cu- la.

Benedicite, Angeli Domini, Domino: * benedicite, cœli, Domino.

Benedicite, aquæ omnes quæ super cœlos sunt, Domino: * benedicite, omnes virtutes Domini, Domino.

Benedicite, sol et luna, Domino: * benedicite, stellæ cœli, Domino.

Benedicite, omnis imber et ros, Domino: * benedicite, omnes spiritus Dei, Domino.

Benedicite, ignis et æstus, Domino: * benedicite, frigus et æstus, Domino.

Benedicite, rores et pruina, Domino: * benedicite, gelu et frigus, Domino.

Benedicite, glacies et nives, Domino: * benedicite, noctes et dies, Domino.

Benedicite, lux et tenebræ, Domino: * benedicite, fulgura et nubes, Domino.

Benedicat terra Dominum: * laudet et superexaltet eum in sæcula.

Benedicite, montes et colles, Domino: * benedicite, universa germinantia in terrâ, Domino.

Benedicite, fontes, Domino: * benedicite, maria et flumina, Domino.

Benedicite, cete et omnia quæ moventur in aquis, Domino: * benedicite, omnes volucres cœli, Domino.







Benedicite, omnes bestiæ et pecora, Domino : * benedicite, filii hominum, Domino.

Benedicat Israël Dominum : * laudet et superexaltet eum in sæcula.

Benedicite, sacerdotes Domini, Domino : * benedicite, servi Domini, Domino.

Benedicite, spiritus et animæ justorum, Domino : * benedicite, sancti et humiles corde, Domino.

Benedicite, Anania, Azaria, Misaël, Domino : * laudate et superexaltate eum in sæcula.

Benedicamus Patrem et Filium cum Sancto Spiritu : * laudemus et superexaltemus eum in sæcula.

Benedictus es, Domine, in firmamento cœli : * et laudabilis, et gloriosus, et superexaltatus in sæcula.



Le Prêtre étant devant l'Autel, chante :

V. Dominus vobiscum. R. Et cum, &c.

OREMUS.

DEUS, qui miro ordine Angelorum ministeria hominumque dispensas, concede propitius, ut à quibus tibi ministrantibus in cœlo semper assistitur, ab his in terrâ vita nostra muniatur. Per Christum Dominum nostrum.
R. Amen.

Enfin il jette de l'eau-bénite, et dit :

Animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace.
R. Amen.

ORDRE

DE LA SEPULTURE DES ADULTES.

Le Clergé précédé de la Croix et des Acolythes, les cierges éteints, et suivi de l'Officiant en surplis et étole noire, se rend processionnellement et en silence à la maison du défunt, où étant arrivé, l'Officiant jette de l'eau-bénite sur le corps, et dit :

Requiescat in pace. R. Amen.

Aussitôt on allume les cierges, et le Clergé chante ou récite alternativement le Psaume suivant :

PSAUME 129.

DE profundis clamavi ad te, Domine; * Domine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes, * in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris, Domine : * Domine, quis sustinebit ?

Quia apud te propitiatio est : * et propter legem tuam sustinui te, Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus : * speravit anima mea in Domino.

A custodiâ matutinâ usque ad noctem, * speret Israël in Domino.

Quia apud Dominum misericordia : * et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël, * ex omnibus iniquitatibus ejus.

Requiem æternam * dona eis, Domine.

Et lux perpetua * luceat eis.

V. Requiescat in pace. R. Amen.

V. Domine, exaudi orationem meam. R. Et clamor meus, &c.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum, &c.

OREMUS.

Pour un Défunt.

INCLINA, Domine, aurem tuam ad preces nostras quibus misericordiam tuam supplices deprecamur, ut animam famuli tui N. quam de hoc sæculo migrare jussisti, in pacis ac lucis regione constituas et sanctorum tuorum jubeas esse consortem. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Pour une Défunte.

QUÆSUMUS, Domine, pro tuâ pietate miserere animæ famulæ tuæ N. et à contagiis

mortalitatis exutam in æternæ salvationis partem restitue. Per Christum Dominum nostrum.
R. Amen.

Après l'Oraison.

V. Requiescat in pace. R. Amen.

Sans changer de ton, l'Officiant, avant de sortir de la maison, dit :

Suspiciat te Christus qui vocavit te, et in sinum Abrahæ Angeli deducant te. R. Amen.

Le Clergé se met en marche, et dès que le corps a été levé de la maison, l'Officiant entonne sans aucune inflexion l'Antienne Exultabunt Domino, *et les Chantres prennent sur le même ton le Psaume* Miserere meî Deus, &c. *ci-dessous, que le Clergé poursuit alternativement jusqu'à ce qu'on soit rendu à l'Eglise, et à la fin duquel on ajoute* Requiem æternam dona eis, Domine : * et lux perpetua luceat eis. *Puis, on répète l'Antienne,* Exultabunt Domino ossa humiliata.

PSAUME 50.

MISERERE meî, Deus : * secundùm magnam misericordiam tuam.

Et secundùm multitudinem miserationum tuarum, * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate meâ : * & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco

* et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci ; * ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cùm judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum : * & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti : * incerta et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo & mundabor : * lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et lætitiam ; * & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis, * & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus ; * & spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me à facie tuâ : * & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui ; * & spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas ; * & impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meæ ; * & exultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine, labia mea aperies ; * et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique : * holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus ; * cor contritum & humiliatum, Deus, non despicies.

Benignè fac, Domine, in bonâ voluntate tuâ Sion : * ut ædificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblatio-

nes et holocausta : * tunc imponent super altare tuum vitulos.


Requiem æternam * dona eis Domine. Et lux perpetua * luceat eis.

Avant d'entrer dans l'Eglise, l'Officiant jette de l'eau-bénite sur le corps du défunt, en disant :

Aperite mihi portas justitiæ ; ingressus in eas confitebor Domino : hæc porta Domini ; justi intrabunt in eam.

Le Clergé ayant fait la génuflexion vers l'Autel, se range des deux côtés du corps du défunt, l'Officiant aux pieds, et le Porte-Croix à la tête, auprès de la porte de l'Eglise. Les Chantres entonnent et le Clergé poursuit le Répons suivant.





tu Al- tis- si- mi. V. Sus-ci-pi-
at te Chris-tus qui vo-
ca- vit te, et in si-num A-bra-
hæ An- ge-li de- du- cant
te. * Sus-ci-pi-en-tes. V. Re- qui-em
æ-ter-nam do-na e- is,
Do- mi-ne; et lux per-pe-tu-a lu-
ce-at e- is. * Of-fe-ren-
tes e-am. 4 ton.

Dès que ce Répons est fini, on se rend au Chœur et l'on commence la Messe.

MESSE DES MORTS.

Introït.






ex-au-di o-ra-ti-o-nem me-am, ad
te om-nis ca-ro ve-ni-et. 6 ton.
On répète Requi-em jusqu'au Ps.
K Y- ri- e, e-le-i-son. iij.
Chris-te, e-le-i-son. iij.
Ky- ri- e, e-le-i-son. ij.
Ky-ri-e, e- le-i-son. 6.
Grad.
R E- qui-em æ-ter- nam do-
na e-is, Do- mi-ne:
et lux per-pe-



tu-a lu- ce-at
e- is.
V. In me-mo- ri-â æ- ter-
nâ e- rit jus-
tus : ab au- di- ti- o-ne ma-
lâ non ti-
me- bit.
2 ton.
Trait.
A B-sol- ve, Do-mi-ne,


a- ni-mas om-ni-um fi- de- li-um de-
func-to- rum ab om-ni
vin- cu-lo de-lic- to- rum.
V. Et, gra- ti-â tu-â il-lis suc-cur-ren-
te, me-re-an-tur e-
va- de-re ju-di- ci-um ul- ti-o-
nis. V. Et lu- cis æ- ter-
næ be-a- ti- tu- di-ne
per- fru-i. 8.


Prose.
DIes iræ, di-es il-la, sol-vet
sæ-clum in fa-vil-lâ: tes-te Da-vid
cum Sy-bil-lâ. Quan-tus tre-mor est
fu-tu-rus, quan-do ju-dex est ven-tu-
rus, cunc-ta stric-tè dis-cus-su rus,
Tu-ba mi-rum spar-gens so-num per
se-pul-chra re-gi-o-num, co-get om-
nes an-te thro-num. Mors stu-pe-bit
et na-tu-ra, cùm re-sur-get cre-a-tu-ra,


ju-di-can-ti res-pon-su-ra. Li-ber
scrip-tus pro-fe-re-tur, in quo to-tum
con-ti-ne-tur, un-dè mun-dus ju-di-ce-tur.
Ju-dex er-go cùm se-de-bit, quid-
quid la-tet ap-pa-re-bit, nil in-ul-tum
re-ma-ne-bit. Quid sum mi-ser tunc
dic-tu-rus, quem pa-tro-num ro-ga-tu-rus,
cùm vix jus-tus sit se-cu-rus? Rex
tre-men-dæ ma-jes-ta-tis, qui sal-van-


dos sal-vas gratis, sal-va me, fons
pi-e-ta-tis. Re-cor-da-re, Je- su pi-e,
quod sum cau-sa tu-æ vi-æ ; ne me
per- das il-lâ di-e. Quæ-rens me
se- dis- ti las-sus ; re-de-mis-ti Cru-cem
pas-sus : tan-tus la- bor non sit
cas-sus. Jus-te ju- dex ul- ti- o- nis,
do-num fac re-mis-si-o- nis an-te
di-em ra-ti- o-nis. In-ge- mis-co


tan-quam re-us; cul-pâ ru-bet
vul-tus me-us: sup-pli-can-ti par-ce,
De-us. Qui Ma-ri-am ab-sol-vis-ti,
& la-tro-nem ex-au-dis-ti, mi-hi
quo-que spem de-dis-ti. Pre-ces me-æ
non sunt dig-næ: sed, tu bo-nus,
fac be-nig-nè, ne per-en-ni cre-mer
ig-ne. In-ter o-ves lo-cum præs-ta,
& ab hœ-dis me se-ques-tra, sta-

tu-ens in par-te dex-trâ. Con-fu-ta-

tis ma-le-dic-tis, flam-mis a-cri-bus

ad-dic-tis, vo-ca me cum be-ne-dic-tis.

O-ro sup-plex et ac-cli-nis, cor

con-tri-tum qua-si ci-nis, ge-re cu-ram


me-i fi-nis. La-cry-mo-sa di-es

il-la, quâ re-sur-get ex fa-vil-lâ


Ju-di-can-dus ho-mo re-us; hu-ic


er-gò par-ce, De-us. Pi-e Je-su,


Do-mi-ne, do-na e- is re-qui-em.
A- men. 1 *ton.*
Off.
D O- mi-ne Je-su Chris-te,
Rex glo- ri-æ, li- be-ra
a- ni-mas om-ni-um fi- de- li-um
de- func-to- rum de pœ-nis in-fer-
ni, & de pro-fun-do la-cu; li-be-ra
e-as de o-re le-o- nis: ne
ab-sor-be-at e-as tar- ta-rus: ne


ca- dant in ob-scu- rum : sed
sig- ni-fer Sanc-tus Mi- cha- ël
re-præ-sen-tet e- as in
lu- cem sanc- tam, * Quam
o- lim A- bra-hæ pro-mi-sis-ti, &
se- mi-ni e- jus.
V. Hos- ti- as et pre- ces ti- bi,
Do-mi-ne, lau- dis of- fe- ri-mus:
tu sus- ci-pe pro a-ni-ma-bus


il-lis, qua- rum ho- di-è me-mo-
ri am fa- ci mus: fac e- as, Do-
mi-ne; de mor-te trans- i- re ad
vi-tam, * Quam o- lim. 2
SAnc-tus, Sanc-tus, Sanc-tus Do-mi-nus
De-us Sa-ba- oth. Ple-ni sunt cœ-li
& ter-ra glo- ri- â tu-â. Ho-san-na
in ex-cel- sis. Be-ne-dic-tus qui ve-nit
in no-mi-ne Do-mi-ni: Ho-san-na in


ex-cel-sis. 8 ton.
A l'Elévation.
PI-e Je-su Do-mi-ne, do-na
e- is re-qui-em.
Par trois fois.
La dernière fois, on ajoute :
Sem-pi-ter-nam.
AG-nus De- i, qui tol-lis pec-ca-
ta mun-di, do-na e-is re-qui-em.
Ag-nus De- i, qui tol-lis pec-ca-ta
mun-di, do-na e-is re-qui-em. Ag-nus.


De-i, qui tol-lis pec-ca-ta mun-di,
do-na e-is re-qui-em sem-pi-ter-nam. 8.
Com.
LUX æ-ter-na lu-ce-at e-is,
Do-mi-ne, * Cum Sanc-tis tu-is in
æ-ter-num: qui-a pi-us es.
℣. Re-qui em æ-ter-nam do-na e-is
Do-mi-ne: Et lux per-pe-tu-a lu-
ce-at e-is. * Cum Sanc-tis tu-is
in æ-ter-num: qui-a pi-us es. 8.

Proc. N


Après la Messe, ou après le Répons Subvenite, *si la Messe n'a pas lieu, le Clergé s'étant rangé autour du corps comme ci-devant, l'Officiant revêtu du Pluvial ou, au moins, d'une étole noire, chante sur le ton férial l'Oraison suivante.*

NON intres in judicium cum servo tuo, Domine, quia nullus apud te justificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio. Non ergò eum, quæsumus, tua judicialis sententia premat, quem tibi vera supplicatio fidei Christianæ commendat: sed, gratiâ tuâ illi succurrente, mereatur evadere judicium ultionis, qui dùm viveret, insignitus est signaculo Sanctæ Trinitatis. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum.

R. Amen.

Aussitôt les Chantres entonnent et le Chœur poursuit le Répons suivant.

Rép.



il- lâ tre- men- dâ : * Quan- dò cœ-

li mo- ven- di sunt et ter- ra.

* Dum ve- ne-ris ju- di- ca-

re sæ- cu- lum per ig- nem. V. Tre-

mens fac- tus sum e- go & ti- me-

o, dum dis-cus-si-o ve- ne-rit, at-

que ven- tu- ra i- ra. * Quan-dò cœ-

li. V. Di- es il- la, di- es i- ræ,

ca- la-mi-ta- tis & mi- se- ri- æ, di-




es mag-na & a-ma-ra val-dè.
* Dum ve- ne-ris. V. Re-qui-em
æ-ter-nam do-na e-is, Do-mi-ne,
et lux per-pe-tu-a lu-ce-at e-
is.
On répète.
Li-be-ra, 1 ton.
Les Chantres.
Ky-ri-e, e-le-i-son.
Le Chœur.
Chris-te, e-le-i-son.
Les Chantres.
Ky-ri-e, e-le-i-son.
L'Officiant.
Pa-ter nos-ter &c.

L'Officiant qui a dû bénir l'encens à la répétition du Libera, *reçoit ici l'aspersoir et fait le tour du corps du défunt, jetant trois fois de l'eau-bénite de chaque côté du cercueil; puis ayant reçu l'encensoir, il fait un autre tour et encense le corps de la même manière, faisant les saluts convenables à l'Autel et à la Croix de la Procession. Après avoir rendu l'encensoir, il poursuit :*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A portâ inferi.
℟. Erue, Domine, animam ejus.
℣. Requiescat in pace.
℟. Amen.
℣. Domine, exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum &c.

OREMUS.

DEUS, cui proprium est misereri semper et parcere, te supplices exoramus pro animâ famuli tui (*ou* famulæ tuæ) N. quem (*ou* quam) hodiè de hoc sæculo migrare jussisti, ut non tradas eum (*ou* eam) in manus inimici, neque obliviscaris in finem, sed jubeas eam à sanctis Angelis suscipi et ad patriam Paradisi perduci; ut, quia in te speravit et credidit, non pœnas inferni sustineat, sed gaudia sempiterna possideat. Per Christum Dominum nostrum.
℟. Amen.

Pendant qu'on porte le corps au lieu de la Sépulture, on chante l'Antienne suivante, qui se répète autant de fois que la longueur du chemin le demande.



Il est d'usage en plusieurs Paroisses, qu'après cette Antienne l'Officiant entonne la suivante, sur le

ton de laquelle on chante le Cantique Benedictus Dominus Deus Israël: *l'Antienne ne se double pas.*




u-o-u-a-e. *2 ton.*

Cantique de Zacharie, Luc, 1. 68.

BE-ne-dic-tus Do-mi-nus De-us Is-ra-



ël: * qui-a vi- si- ta-vit et fe- cit



re-demp-ti- o- nem ple-bis su- æ.

Et erexit cornu salutis nobis, * in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum, * qui à sæculo sunt, Prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis nostris; * et de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris; * et memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum quod juravit ad Abraham patrem nostrum, * daturum se nobis.

Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, * serviamus illi.

In sanctitate et justitiâ coram ipso, * omnibus diebus nostris.

Et tu, puer, Propheta Altissimi vocaberis; * præibis enim ante faciem Domini, parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus; * in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiæ Dei nostri, * in quibus visitavit nos oriens ex alto.

Illuminar his qui in tenebris et in umbrâ mortis sedent; ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Requiem æternam * dona eis, Domine.

Et lux perpetua * luceat eis.

En arrivant au lieu de la sépulture, l'Officiant jette par trois fois de l'eau-bénite dans la fosse en forme de Croix. Mais si cette fosse a besoin d'être bénite, il dit, avant de l'asperger, l'Oraison suivante, sans chanter.

DEUS, cujus miseratione animæ fidelium requiescunt; hunc tumulum benedicere dignare, eique Angelum tuum sanctum deputa custodem, et cujus corpus hîc sepelietur, animam ab ejus omnibus absolve vinculis delictorum, ut in te semper cum Sanctis tuis sine fine lætetur. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Le corps ayant été descendu dans la fosse, l'Officiant jette trois fois avec une pelle de la terre dessus en forme de Croix, en disant:

Revertitur pulvis in terram suam unde erat, et spiritus redit ad Deum qui dedit illum.

Puis il jette encore une fois de l'eau-bénite dessus en forme de Croix, et chante d'un ton uni:

Kyrie, eleison. Christe, eleison.
Kyrie, eleison. Pater noster &c.
V. Et ne nos inducas in tentationem.
R. Sed libera nos à malo.
V. A portâ inferi.
R. Erue, Domine, animam ejus.
V. Requiescat in pace.
R. Amen.
V. Domine, exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.
R. Et cum &c.

OREMUS.

FAC, quæsumus, Domine, hanc cum servo tuo (*ou* cum ancillâ tuâ) misericordiam, ut factorum suorum in pœnis non recipiat vicem, qui (*ou* quæ) tuam in votis tenuit voluntatem; ut sicut hîc eum (*ou* eam) vera fides junxit fidelium turmis, ita illîc eum (*ou* eam) tua miseratio societ Angelicis Choris. Per Christum Dominum nostrum.
R. Amen.

V. Requiem æternam dona ei, Domine.
R. Et lux perpetua luceat ei.
V. Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace.
R. Amen.

Le Clergé, en revenant du lieu de la Sépulture, récite le Psaume De profundis &c. *ci-dessus, page* 17, *et à la fin* Requiem æternam &c.

ORDRE

DE LA

SÉPULTURE DES PRÊTRES.

La levée du corps se fait comme pour les autres Adultes, ci-dessus, page 126, *excepté* 1°. *Que l'Officiant est revêtu du Pluvial, ayant auprès de lui le Diacre en dalmatique, et que la Croix est portée par le Sous-diacre en tunique.* 2°. *Qu'au lieu de l'Oraison* Inclina, &c. *ci-dessus, p.* 127, *on dit :* Deus qui in Apostolicos, &c. *comme ci-après.* 3°. *Qu'en arrivant au Chœur, chacun se rend à sa place, et que l'on commence immédiatement la Messe, ci-dessus page* 132, *à moins qu'on ne chante l'Office des Morts.* 4°. *Que le corps du Prêtre défunt est déposé, non dans la Nef, mais dans le Chœur de l'Eglise, ayant les pieds tournés vers le peuple.*

OREMUS.

DEUS, qui inter Apostolicos Sacerdotes famulum tuum N. Sacerdotali fecisti dignitate vigere; præsta, quæsumus, ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

La Messe finie, le Célébrant quitte la Chasuble et le Manipule, reçoit le Pluvial au bas de l'Autel,

et va se placer à la tête du défunt. Le Diacre et le Sous-diacre ayant pareillement quitté leurs manipules, le premier se met à la droite du Célébrant; l'autre prend la Croix et sa place à l'opposite, vers les pieds du défunt, entre les deux Acolythes. A la gauche du Célébrant se place le Cérémonaire ayant auprès de lui le Thuriféraire et un Clerc qui porte le Bénétier. Les autres du Clergé se tiennent debout, tournés vers le défunt et formant un cercle autour de lui, si la disposition du lieu le permet. Toutes choses ainsi disposées, le Célébrant chante sur le ton férial Non intres &c. *comme ci-dessus, page 146. Cette Oraison finie, les Chantres entonnent et le Chœur poursuit le Répons qui suit.*



V. Cho- rus An-ge- lo- rum

e- am sus- ci- pi- at, et in si-

nu A- bra- hæ e- am col-

lo-cet. * Sus-ci- pi-en-tes. V. Re- qui-

em æ-ter- nam do-na

e- is, Do- mi- ne ; et lux per- pe-

tu-a lu- ce-at e- is.

* Of- fe-ren-tes e- am. 4 *ton.*

Vers la fin du Répons, le Célébrant bénit l'encens ; puis on chante Kyrie eleison &c. *comme ci-dessus page* 148. *Le Célébrant ayant chanté* Pa-


ter noster, *fait le tour du corps avec l'aspersoir, puis avec l'encensoir, comme il a été dit ci-dessus,* *p.* 149, *et de retour à sa place, chante les versets suivans.*


V. Et ne nos inducas in tentationem.
R. Sed libera nos à malo.
V. A portâ inferi,
R. Erue, Domine, animam ejus.
V. Requiescat in pace.
R. Amen.
R. Domine, exaudi orationem meam.
R. Et clamor &c.
V. Dominus vobiscum.
R. Et cum &c.


OREMUS.

DEUS cui omnia vivunt, et cui non pereunt corpora nostra moriendo, sed mutantur in melius; te supplices deprecamur ut animan famuli tui N. suscipi jubeas per manus sanctorum Angelorum deducendam in sinum amici tui Abrahæ Patriarchæ, restituendam suo corpori in novissimo judicii magni die, et quidquid vitiorum, diabolo fallente, contraxit, tu pius et misericors abluas indulgendo. Per Christum Dominum nostrum.
R. Amen.

L'Oraison finie, on chante le Répons suivant.




tas- ti à mo-nu- men-to
fœ- ti- dum, * Tu e- is, Do-
mi-ne, do-na re- qui-em et lo-
cum in- dul- gen- ti-æ.
V. Qui ven- tu-rus es ju-di-
ca- re vi- vos et mor- tu-os, et
sæ- cu-lum per ig- nem.
* Tu e- is. V. Re-qui-em
æ-ter-nam do-na e- is, Do- mi- ne;



Le Répons fini, on chante, comme à la fin du précédent, Kyrie eleison &c. Pater noster &c. *et le Célébrant, qui a béni l'encens pendant le Répons, fait autour du Corps une seconde aspersion et un second encensement, puis il continue :*


V. Et ne nos inducas in tentationem.
R. Sed libera nos à malo.
V. A portâ inferi
R. Erue, Domine, animan ejus.
V. Requiescat in pace.
R. Amen.
V. Domine exaudi &c.
R. Et clamor &c.
V. Dominus vobiscum.
R. Et cum &c.

OREMUS.

FAC, quæsumus, Domine, hanc cum servo tuo defuncto misericordiam, ut factorum suorum in pœnis non recipiat vicem, qui tuam in votis tenuit voluntatem : ut sicut hîc eum vera fides junxit fidelium turmis, ità illic eum tua miseratio societ Angelicis Choris. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

L'Oraison finie, on chante le Répons suivant.





6 *ton.*

Le Célébrant ayant encore béni l'encens pendant ce Répons, on chante, pour la troisième fois, Kyrie eleison &c. Pater noster &c. *Le Célébrant fait, comme ci-dessus, l'aspersion et l'encensement autour du Corps, puis continue :*

V. Et ne nos inducas &c.
R. Sed libera &c.
V. A portâ inferi,
R. Erue, Domine, &c.
V. Requiescat in pace.
R. Amen.
V. Domine, exaudi &c.
R. Et clamor meus &c.
V. Dominus vobiscum.
R. Et cum &c.

ORÉMUS.

DEBITUM humani corporis sepeliendi officium, fidelium more complentes, suppliciter te, Domine, deprecamur, ut corpus famuli tui N. Sacerdotis fratris nostri, quod à nobis in ignobilitate, infirmitate et corruptione sepelitur, in gloriâ, virtute et incorruptione resurgat. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Pendant que l'on porte le corps à la sépulture, le Clergé chante le Répons Libera me, Domine, &c. *ci-dessus page* 146; *à la fin*, Kyrie eleison &c. Pater noster.

V. Et ne nos inducas &c.
R. Sed libera &c.
V. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi.
R. Et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.
V. Dic animæ meæ, Domine.
R. Salus tua ego sum.
V. Tu es spes mea.
R. Portio mea in terrâ viventium.

Le Clergé chante, sur le second ton, le Psaume De profundis &c. *page* 126, *pendant lequel on couvre le visage du Prêtre défunt et le cercueil. Cependant le Célébrant jette de l'eau-bénite dans la fosse, et après que le corps y est descendu, il l'asperge trois fois en forme de croix, l'encense trois fois, et jette aussi trois fois de la terre dessus, en disant :*

Revertitur pulvis in terram suam ✠ unde erat,

et spiritus redit ad Deum, qui dedit illum.

Les Prêtres ayant couvert de terre, les uns après les autres, le corps du défunt, le Célébrant chante :

V. Requiescat in pace.
R. Amen.
V. Domine, exaudi &c.
R. Et clamor &c.
V. Dominus vobiscum.
R. Et cum &c.

OREMUS.

OMNIPOTENS, sempiterne Deus, qui humano corpori animam inspirare dignatus es ; te supplices exoramus, ut dùm, te jubente, pulvis in pulverem revertitur, tu imaginem tuam cum sanctis et electis tuis in æternis sedibus jubeas sociari. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Le Célébrant jette de l'eau-bénite sur la fosse en forme de croix, disant :


V. Requiescat in pace.
R. Amen.

Puis chacun des Ecclésiastiques jette de l'eau-bénite sur la fosse ; et si la Sépulture s'est faite hors du Chœur, on chante, en y retournant, le Répons qui suit.

Rép.

ME-men-to mei, Deus,





us, qui-a ven-tus est vi-ta

me- a: * Nec as-pi-ci-at

me vi-sus ho- mi- nis.

V. De pro-fun- dis cla-ma-vi ad


te, Do- mi- ne: Do- mi-ne, ex-au-

di vo-cem me- am.

* Nec as-pi- ci- at. V. Re- qui-em

æ- ter- nam do-na e- is, Do- mi-

ne; et lux per- pe- tu-a lu- ce-



Le Célébrant, au bas des degrés de l'Autel, chante :

V. Requiescat in pace.
R. Amen.

OREMUS.

ABSOLVE, quæsumus, Domine, animam famuli tui N. Sacerdotis, et animas omnium fidelium defunctorum, ab omni vinculo delictorum; ut in resurrectionis gloriâ inter Sanctos et Electos tuos resuscitati respirent. Per Christum Dominum nostrum.
R. Amen.

ORDRE DES ABSOUTES

Qui se font sans Sépulture, comme au 3e. 7e. 30e. jour du décès, et aux Anniversaires.

La Représentation se place comme on placeroit le corps s'il étoit présent, et le Clergé se range autour en la même manière. L'Officiant ne chante pas Non intres in judicium, &c. *mais dès que chacun a pris sa place, les Chantres entonnent le* Libera, &c. *ci-dessus page 146, pendant lequel on bénit l'encens. Après le Répons,* Kyrie eleison &c. Pater noster &c. *L'Officiant donne*

l'eau-bénite et l'encens à la Représentation, comme au corps quand il est présent, et continue :

V. Et ne nos inducas in tentationem.
R. Sed libera nos à malo.
V. A portâ inferi,
R. Erue, Domine, animam ejus.
V. Requiescat in pace.
R. Amen.
V. Domine, exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.
V. Dominus vobiscum.
R. Et cum &c.

OREMUS.

ABSOLVE, quæsumus, Domine, animam famuli tui N. (Sacerdotis *ou* Pontificis) *ou* (famulæ tuæ N.), ut defunctus (*ou* defuncta) sæculo tibi vivat; et peccata quæ per fragilitatem carnis humanâ conversatione commisit, tu veniâ misericordissimæ pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Cette Oraison se dit le 3e. le 7e. et 30me. jour après le décès. S'il s'agit de plusieurs défunts, on la met au pluriel, ainsi que les Versets qui la précèdent.

Au bout de l'an, on dit seulement l'Oraison suivante.

OREMUS.

DEUS indulgentiarum, Domine, da animæ famuli tui N. (Pontificis *ou* Sacerdotis) *ou* (famulæ tuæ N.) cujus anniversarium depo-

sitionis diem commemoramus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, et luminis claritatem. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Si c'est le second ou autre anniversaire, l'Officiant ajoute à cette Oraison les deux suivantes.

Pour les Bienfaiteurs.

DEUS, veniæ largitor et humanæ salutis amator, quæsumus clementiam tuam, ut nostræ Congregationis fratres, propinquos et benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, Beatâ Mariâ semper Virgine intercedente, cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas.

Pour tous les Défunts.

FIDELIUM, Deus, omnium conditor et redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis et regnas, Deus, in sæcula sæculorum.

R. Amen.


Cette dernière Oraison est la seule qui se dise à l'Absoute que l'on fait le jour des Morts, 2 Novembre, et on la termine par ces mots : Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritûs Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

R. Amen.

V. Requiem † æternam dona eis, Domine.

R. Et lux perpetua luceat eis.


Les Chantres :




MOTETS

Que l'on peut chanter à l'Elévation ou à la Communion pendant les Messes des Morts.

Premier Motet.





qui-que, ô bo-ne Je-su, vi-ti-a
pur-gas at-que re-mit-tis; par-ce de-
func-tis. Pre-ci-bus nos-tris at-que
tu-o-rum om-ni-um fle-xus, ô Je-su
pi-e, nos-tris u-bi-que an-nu-e
vo-tis; par-ce de-func-tis. Re-qui-em
cunc-tis, quæ-su-mus, do-na in te
de-func-tis, et lux æ-ter-na, me-ri-tis
cle-mens et pi-e-ta-tis, lu-ce-at


e- is. A- men. 6 *ton.*
Second Motet.
O me-ri-tum Pas-si-o-nis, sum-mæ
mi- se-ra-ti- o-nis ; ô Pas-si-o-nis me- ri-
tum ! O Pas-si-o-nis me-ri-tum, um-bram
præ-bens con-tra æs- tum di- vi- na-lis
ul-ti- o-nis ; ô me-ri-tum Pas-si-o-nis! 1.
Troisième Motet.
QUI La- za-rum res- sus-ci- tas-
ti à mo-nu-men- to fœ- ti- dum ;


Qui La-za-rum re-sus-ci-tas-ti à
mo-nu-men-to fœ- ti-dum ; Tu e-
is, Do- mi-ne, do-na, do-
na re- qui-em et lo- cum, et
lo- cum, in- dul- gen- ti-æ.
Tu e- is, Do- mi-ne, do-na,
do- na re- qui-em et lo- cum,
et lo- cum, in- dul-gen-ti- æ.

Quatrième Motet.



On répète Miseremini &c. *après chaque verset du* De profundis, *page* 126.


ORDRE
DE LA
VISITE EPISCOPALE
DANS LES PAROISSES.

(EXTRAIT DU RITUEL DE QUEBEC.)

L'Evêque ayant baisé le Crucifix, les Chantres entonnent le Répons ;




ti-o- nem omni-um gen- ti-
um de- dit il- li, & tes- ta-men-
tum su-um con-fir-ma-vit su-per
ca- put e- jus. * I- de-
ò. V. Glo- ri-a Pa- tri &
Fi- li- o & Spi-ri- tu-i
Sanc- to. * I- de-ò. 8 ton.
Antienne.
SAcer-dos & Pon- ti-fex,
& vir-tu-tum o-pi- fex; Pas-tor bo-ne



L'Evêque s'étant mis à genoux devant l'Autel, le Curé debout au coin de l'Epître, et tourné vers l'Evêque, chante les Versets et Oraisons qui suivent.

V. Protector noster, aspice, Deus.
R. Et respice in faciem Christi tui.
V. Salvum fac servum tuum.
R. Deus meus, sperantem in te.
V. Mitte ei, Domine, auxilium de Sancto.
R. Et de Sion tuere eum.
V. Nihil proficiat inimicus in eo.
R. Et filius inquitatis non apponat nocere ei.
V. Domine, exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.
V. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS humilium visitator, qui eos paternâ dilectione consolaris, prætende societati nostræ gratiam tuam, ut per eos, in quibus habitas, tuum in nobis sentiamus adventum.


DEUS omnium Fidelium pastor & rector, famulum tuum N. Pontificem nostrum, quem pastorem Ecclesiæ Quebecensi præesse voluisti, propitius respice: da ei, quæsumus, verbo et exem-


plo quibus præest proficere, ut ad vitam unà cum grege sibi credito perveniat sempiternam. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

L'Evêque monte à l'Autel, le baise et se rend auprès du Missel au coin de l'Epitre. Cependant on chante au Chœur l'Antienne et le Verset du S. Patron de la Paroisse. L'Evêque, après avoir chanté l'Oraison, revient au milieu de l'Autel qu'il baise une seconde fois, quitte le Pluvial, fait une exhortation et donne la bénédiction.


A l'heure et au jour indiqués pour la visite du cimetière, l'Evêque, s'étant revêtu d'ornemens noirs, s'y rend processionnellement. En y allant on chante le Répons Qui Lazarum &c. *ci-devant page 158.*

Mais s'il y a des corps enterrés dans l'Eglise, on étend un drap mortuaire sur le pavé du Sanctuaire ; le Porte-croix et les Acolythes restent au balustre, tournés vers l'Autel, et l'Evêque faisant face au peuple et ayant reçu la mitre, commence de dessus le marchepied de l'Autel, l'Antienne suivante, du 8me ton.





A la fin Requiem æternam &c. *puis on répète l'Antienne :*



Pendant le De profundis, *le Curé fait bénir l'encens par l'Evêque.*

Après l'Antienne répétée, l'Evêque chante :



Et on lui ôte la mitre. Cependant le Curé présente l'aspersoir et l'encensoir à l'Evêque, lequel, sans sortir de sa place, jette trois fois de l'eau-bénite sur le drap mortuaire et l'encense trois fois, après quoi il continue :

V. Et ne nos inducas in tentationem.
R. Sed libera nos à malo.
V. In memoriâ æternâ erunt justi.
R. Ab auditione malâ non timebunt.

℣. A portâ inferi,
℟. Erue, Domine, animas eorum.
℣. Domine, exaudi orationem meam;
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS, qui inter Apostolicos sacerdotes famulos tuos sacerdotali fecisti dignitate vigere; præsta, quæsumus, ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.


S'il n'y a point eu de prêtres enterrés dans l'Eglise, on chante, au lieu de cette Oraison, la suivante.

FIDELIUM, Deus, omnium conditor et redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Puis l'Evêque reprend la mitre et on se rend au Cimetière. Le Porte-croix y prend place entre les Acolythes au pied de la grande Croix, ayant la face tournée vers l'Occident. L'Evêque se place à son opposite, et les autres du Clergé des deux côtés, face à face.

Tout étant ainsi disposé et le Répons, Qui Lazarum *fini, on chante le* Libera *comme ci-dessus, page* 146.

Pendant ce Répons, le Curé fait bénir l'encens par l'Evêque, lequel ayant quitté la mitre, dit Pater noster, *jette trois fois de l'eau bénite devant lui dans le Cimetière, et l'encense trois fois, puis continue :*







IMAGE EVALUATION
TEST TARGET (MT-3)



6"

Photographic
Sciences
Corporation

23 WEST MAIN STREET
WEBSTER, N.Y. 14580
(716) 872-4503



V. Et ne nos inducas in tentationem;
R. Sed libera nos à malo.
V. In memoriâ æternâ erunt justi;
R. Ab auditione malâ non timebunt.
V. A portâ inferi,
R. Erue, Domine, animas eorum.
V. Domine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.
V. Dominus vobiscum. R. Et cum &c.

OREMUS.

DEUS, veniæ largitor & humanæ salutis amator; quæsumus clementiam tuam ut nostræ congregationis fratres, propinquos & benefactores qui ex hoc sæculo transierunt, Beatâ Mariâ semper Virgine intercedente, cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas.

DEUS, cujus misericordiâ animæ Fidelium requiescunt; famulis et famulabus tuis omnibus hîc et ubique in Christo quiescentibus da propitius veniam peccatorum, ut à cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lætentur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

V. Requiem æternam dona eis; Domine.
R. Et lux perpetua luceat eis.

Les Chantres :

V. Requiescant in pace.
R. Amen.

L'Evêque, sans sortir de sa place, fait quatre signes de croix sur le Cimetière vers les quatre parties du monde, reprend la mitre, et retourne processionnellement à l'Eglise, en récitant avec ses assistans le Psaume Miserere &c.

Arrivé au pied de l'Autel, il dit les Versets suivans.

V. Kyrie, eleison.
R. Christe, eleison.
V. Kyrie, eleison. Pater noster &c.
V. Et ne nos inducas in tentationem;
R. Sed libera nos à malo.
V. A portâ inferi,
R. Erue, Domine, animas eorum.
V. Domine, exaudi orationem meam;
R. Et clamor meus ad te veniat.
V. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

ORÉMUS.

ABSOLVE, quæsumus, Domine, animas famulorum famularumque tuarum ab omni vinculo delictorum; ut in resurrectionis gloriâ inter sanctos et electos tuos ressuscitati respirent. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

L'Evêque quitte les ornemens noirs.

Avant la Bénédiction du S. Sacrement, il dit l'Oraison suivante.

ORÉMUS.

DEUS, qui nobis sub Sacramento mirabili Passionis tuæ memoriam reliquisti; tribue, quæsumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra Mysteriam venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus; Qui vivis et regnas, Deus, in sæcula sæculorum. R. Amen.

BENEDICTIONS SOLEMNELLES.

(EXTRAIT DU RITUEL DE QUEBEC.)

BENEDICTION D'UNE CROIX NOUVELLE.

Le Prête chargé de faite cette Bénédiction se rend au lieu où la Croix doit être plantée, revêtu d'un surplis et d'une étole blanche, et accompagné de quelques clercs aussi revêtus de surplis, l'un desquels porte le bénitier. Ayant formé sur lui-même le signe de la croix, il chante, sur le ton férial, les Verset et Oraisons qui suivent.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini,
R. Qui fecit cœlum et terram.
V. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

ORÉMUS.

ROGAMUS te, Domine, sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, ut digneris bene † dicere hoc signum Crucis, ut sit potestatibus tenebrarum in terrorem, et in remedium salutare generi humano ; sit soliditas fidei, profectus bonorum operum, redemptio animarum, protectio ac tutela contra sæva jacula inimicorum. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

OREMUS.

BENE†DIC, Domine, hanc Crucem tuam, per quam eripuisti mundum à potestate Dæmonum, ac superasti Passione tuâ suggestorem peccati, qui gaudebat in prævaricatione primi hominis per ligni vetiti sumptionem: *(ici le Prêtre fait l'aspersion de l'eau-bénite sur la Croix)* sanctifica, Domine, istud signaculum Passionis tuæ, ut sit inimicis tuis obstaculum, et credentibus in te perpetuum perfice vexillum. Sanctificetur hoc signum Crucis in nomine Patris †, et Filii †, et Spiritûs † Sancti; ut qui coram illâ prostrati Christum in Cruce exaltatum adoraverint, percipiant corporis et animæ sanitatem. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. R. Amen.

Pendant que l'on plante la Croix, le Prêtre entonne et le Clergé poursuit l'Hymne Vexilla Regis prodeunt &c. *ci-dessus, page* 21.

Si c'est en un autre temps que celui de la Passion, on dit: O crux ave, spes unica, in hac triumphi gloriâ. *Si c'est au temps Paschal:* in hoc Paschali gaudio.

Dès que la Croix est en place, le Prêtre, le Clergé et le Peuple vont successivement la baiser à genoux.

V. Adoramus te, Christe, et benedicemus tibi;
R. Quia per Crucem tuam redemisti mundum.

OREMUS.

DEUS, qui Unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi pretioso sanguine humanum genus redimere dignatus es; concede propitius, ut qui ad vivificam Crucem adorandam

adveniunt, à peccatorum suorum nexibus liberentur. Per eumdem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

BÉNÉDICTION D'UNE CLOCHE.

Tout étant préparé pour cette Cérémonie, l'Officiant revêtu de l'amict, de l'aube, de l'étole et d'un pluvial blanc, se rend au lieu où se doit faire la bénédiction, accompagné du Clergé en surplis. Aussitôt on chante au Chœur les Psaumes suivans, du 2me ton, pendant lesquels chacun se tient assis et couvert.

Psaume 50. Miserere meî, Deus &c. *ci-dessus, page* 97.

Psaume 53.

DEUS, in nomine tuo salvum me fac; * et in virtute tuâ judica me.

Deus, exaudi orationem meam; * auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt adversùm me, & fortes quæsierunt animam meam; * et non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adjuvat me; * et Dominus susceptor est animæ meæ.

Averte mala inimicis meis; * et in veritate tuâ disperde illos.

Voluntariè sacrificabo tibi, et confitebor nomini tuo, Domine: * quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me; * et super inimicos meos despexit oculus meus.

Gloria Patri &c.

PSAUME 56.

MISERERE meî, Deus, miserere meî; * quoniam in te confidit anima mea.

Et in umbrâ alarum tuarum sperabo, * donec transeat iniquitas.

Clamabo ad Deum altissimum: * Deum qui benefecit mihi.

Misit de cœlo, et liberavit me; * dedit in opprobium conculcantes me.

Misit Deus misericordiam suam et veritatem suam, et eripuit animam meam de medio catulorum leonum: * dormivi conturbatus.

Filii hominum, dentes eorum arma et sagittæ; * et lingua eorum gladius acutus.

Exaltare super cœlos, Deus; * et in omnem terram gloria tua.

Laqueum paraverunt pedibus meis; * et incurvaverunt animam meam.

Foderunt ante faciem meam foveam; * et inciderunt in eam.

Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum: * cantabo et psalmum dicam.

Exurge, gloria mea, exurge, psalterium et cithara: * exurgam diluculo.

Confitebor tibi in populis, Domine, * et psalmum dicam tibi in gentibus.

Quoniam magnificata est usque ad cœlos misericordia tua, * et usque ad nubes veritas tua.

Exaltare super cœlos, Deus; * et super omnem terram gloria tua. Gloria Patri &c.

PSAUME 66.

DEUS misereatur nostrî, et benedicat nobis; * illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostrî.

Ut cognoscamus in terrâ viam tuam, * in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi, Deus, * confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent gentes ; * quoniam judicas populos in æquitate, & gentes in terrâ dirigis.

Confiteantur tibi populi, Deus, confiteantur tibi populi omnes : * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus ;* et metuant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri &c.

Psaume 69. Deus, in adjutorium meum intende &c. *ci-dessus, page* 34.

PSAUME 85.

IN clina, Domine aurem tuam, & exaudi me; * quoniam inops & pauper sum ego.

Custodi animam meam, quoniam sanctus sum : * salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te.

Miserere meî, Domine ; quoniam ad te clamavi totâ die :* lætifica animam servi tui; quoniam ad te, Domine, animam meam levavi ;

Quoniam tu, Domine, suavis & mitis ; * & multæ misericordiæ omnibus invocantibus te.

Auribus percipe, Domine, orationem meam ;* & intende voci deprecationis meæ.

In die tribulationis meæ clamavi ad te, * quia exaudisti me.

Non est similis tuî in diis, Domine ; * & non est secundùm opera tua.

Omnes gentes, quascumque fecisti, venient &

adorabunt coram te, Domine ; * & glorificacunt nomen tuum.

Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia ; * tu es Deus solus.

Deduc me, Domine, in viâ tuâ, & ingrediar in veritate tuâ : * lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum.

Confitebor tibi, Domine, Deus meus, in toto corde meo ; * & glorificabo nomen tuum in æternum.

Quia misericordia tua magna est super me ; * & eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Deus, iniqui insurrexerunt super me, & synagoga potentium quæsierunt animam meam ; * & non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu, Domine Deus, miserator & misericors ; * patiens, & multæ misericordiæ, & verax.

Respice in me, & miserere meî : * da imperium tuum puero tuo, & salvum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, ut videant qui oderunt me, & confundantur ; * quoniam tu Domine, adjuvisti me & consolatus es me.

Gloria Patri &c.

Les Psaumes finis, l'Officiant se lève et fait, sans chanter, la Bénédiction du Sel et de l'Eau en la manière suivante.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini,
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum,
℟. Ex hoc nunc et usque in sæculum.

Exorcisme du Sel.

EXORCIZO te, creatura salis, per Deum † vivum, per Deum † verum, per Deum †

sanctum, per Deum qui te per Elisæum prophetam in aquam mitti jussit, ut sanaretur sterilitas aquæ; ut efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium, et sis omnibus te sumentibus sanitas animæ et corporis, et effugiat atque discedat ab eo loco, in quo aspersum fueris, omnis phantasia et nequitia, vel versutia diabolicæ fraudis, omnisque spiritus immundus, adjuratus per eum qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. R. Amen.

Bénédiction du Sel.

OREMUS.

IMMENSAM clementiam tuam, omnipotens, æterne Deus, humiliter imploramus, ut hanc creaturam salis, quam in usum generis humani tribuisti, bene†dicere et sancti†ficare tuâ pietate digneris; ut sit omnibus sumentibus sanitas animæ et corporis, et quidquid ex eo tactum vel respersum fuerit, careat omni immunditiâ, omnique impugnatione spiritualis nequitiæ. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, &c. R. Amen.

Exorcisme de l'Eau.

EXORCIZO te, creatura aquæ, in nomine Dei † Patris omnipotentis, et in nomine † Jesu Christi Filii ejus Domini nostri, et in virtute † Spiritus Sancti; ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, et ipsum inimicum eradicare et explantare valeas cum angelis suis apostaticis, per virtutem ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. R. Amen.

Bénédiction de l'Eau.

OREMUS.

DEUS, qui ad salutem humani generis maxima quæque sacramenta in aquarum substantiâ condidisti, adesto propitius invocationibus nostris, et elemento huic multimodis purificationibus præparato virtutem tuæ bene†dictionis infunde ut creatura tua; mysteriis tuis serviens, ad abigendos dæmones morbosque pellendos divinæ gratiæ tuæ sumat effectum; ut quidquid in domibus vel in locis fidelium hæc unda resperserit, careat omni immunditiâ, liberetur à noxâ; non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens; discedant omnes insidiæ latentis inimici; et si quid est quod aut incolumitati habitantium invidet aut quieti, aspersione hujus aquæ effugiat; ut salubritas per invocationem sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, &c.

R. Amen.

L'Officiant, avant de mettre le Sel dans l'Eau, tenant la main droite étendue sur le vaisseau, prononce l'Oraison suivante.

BENEDIC, Domine, hanc aquam benedictione † cœlesti, et assistat super eam virtus Spiritûs Sancti; ut cùm hoc vasculum ad invitandos filios sanctæ Ecclesiæ præparatum, in eâ fuerit tinctum, ubicumque sonuerit hoc tintinnabulum, longe recedat virtus inimicorum, umbra phantasmatum, incursio turbinum, percussio fulminum, læsio tonitruum, calamitas tempestatum, omnisque spiritus procellarum: et cùm clangorem illius audierint filii Christiano-

rum, fiat in eis devotionis augmentum ; ut ad piæ Matris Ecclesiæ gremium festinantes, cantent tibi humiliter et devotè in Ecclesiâ sanctorum canticum novum, deferentes in sono præconium tubæ, modulationem psalterii, exultationem organi, suavitatem tympani, jucunditatem cymbali; quatenùs in templo sancto gloriæ tuæ suis obsequiis et precibus invitare valeant multitudinem exercitûs Angelorum. Per Dominum nostrum Jesum Christum &c.

R. Amen.

L'Officiant met le Sel dans l'Eau en faisant trois signes de Croix et disant :

HÆC commixtio salis et aquæ pariter fiat in nomine Patris †, et Filii †, et Spiritûs † Sancti. R. Amen.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum &c.

OREMUS.

DEUS, invictæ virtutis autor, et insuperabilis imperii Rex, ac semper magnificus triumphator, qui adversæ dominationis vires reprimis, qui inimici rugientis sævitiam superas, qui hostiles nequitias potenter expugnas ; te, Domine, trementes et supplices deprecamur ac petimus, ut hanc creaturum salis et aquæ dignanter aspicias, benignus illustres, pietatis tuæ rore sanctifices; ut ubicumque fuerit aspersa, per invocationem sancti tui nominis omnis infestatio immundi spiritûs abigatur, terrorque venenosi serpentis procul pellatur, et præsentia Sancti Spiritûs nobis misericordiam tuam poscentibus ubique adesse dignetur. Per Dominum nostrum Jesum Christum &c. R. Amen.

Cette Oraison achevée, l'Officiant trempe l'aspersoir dans l'eau qu'il vient de bénir et commence à laver la Cloche, ce que les ministres continuent de faire, la lavant entièrement en dedans et en dehors, et l'essuyant ensuite avec des linges. Cependant on chante au Chœur les Psaumes suivans, du 1er. ton, seconde finale, pendant lesquels chacun se tient assis et couvert.

PSAUME 145.

LAUDA, anima mea, Dominum; laudabo Dominum in vitâ meâ; * psallam Deo meo quamdiù fuero.

Nolite confidere in principibus, * in filiis hominum, in quibus non est salus.

Exibit spiritus ejus, et revertetur in terram suam: * in illâ die peribunt omnes cogitationes eorum.

Beatus cujus Deus Jacob adjutor ejus, spes ejus in Domino Deo ipsius, * qui fecit cœlum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt;

Qui custodit veritatem in sæculum, facit judicium injuriam patientibus, * dat escam esurientibus.

Dominus solvit compeditos, * Dominus illuminat cœcos.

Dominus erigit elisos, * Dominus diligit justos.

Dominus custodit advenas, pupillum et viduam suscipiet; * et vias peccatorum disperdet.

Regnabit Dominus in sæcula: * Deus tuus, Sion, in generationem et generationem.

Gloria Patri &c.

PSAUME 146.

LAUDATE Dominum, quoniam bonus est psalmus: * Deo nostro sit jucunda decoraque laudatio.

Ædificans Jerusalem Dominus, * dispersiones Israëlis congregabit.

Qui sanat contritos corde, * et alligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem stellarum, * et omnibus eis nomina vocat.

Magnus Dominus noster, et magna virtus ejus; * et sapientiæ ejus non est numerus.

Suscipiens mansuetos Dominus; * humilians autem peccatores usque ad terram.

Præcinite Domino in confessione, * psallite Deo nostra in citharâ.

Qui operit cœlum nubibus, * et parat terræ pluviam.

Qui producit in montibus fœnum, * et herbam servituti hominum.

Qui dat jumentis escam ipsorum, * et pullis corvorum invocantibus eum.

Non in fortitudine equi voluntatem habebit; * nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.

Beneplacitum est Domino super timentes eum, * et in eis qui sperant super misericordiâ ejus.

Gloria Patri &c.

Ps. 147. Lauda Jerusalem &c. *ci-dessus*, *p.* 74.

Ps. 148. Laudate Dominum de cœlis &c. . . . ——— *p.* 57.

Ps. 149. Cantate Domino canticum novum &c. . ——— *p.* 58.

Ps. 150. Laudate Dominum in sanctis ejus &c. . ——— *p.* 59.

Gloria Patri et Filio &c.

Ces Psaumes finis, l'Officiant prend avec le pouce de la main droite de l'Huile des infirmes, dont il fait une Croix sur la Cloche, au dehors vers le milieu, puis il dit l'Oraison suivante, les mains jointes.

OREMUS.

DEUS, qui per Moysen legiferum, famulum tuum, tubas argenteas fieri præcepisti, quas dùm Levitæ tempore sacrificii clangerent, sonitu dulcedinis populus monitus ad te orandum fieret præparatus et ad celebranda sacrificia conveniret, quarumque clangore hortatus ad bellum, molimina prostraret adversantium; præsta, quæsumus, ut hoc Vasculum sanctæ tuæ Ecclesiæ præparatum, à tuo Sancto Spiritu per nostræ humilitatis servitium sancti†ficetur, ut per illius tactum et sonitum Fideles invitentur ad sanctam matrem Ecclesiam et ad præmium supernum; et cùm melodia illius auribus insonuerit populorum, crescat in eis devotio fidei et amor spiritualis; procul pellantur omnes insidiæ inimici, fragor grandinum, procella turbinum, impetus tempestatum; temperentur infesta tonitrua; ventorum flabra fiant salubriter ac moderatè suspensa; prosternat aereas tempestates dextera tuæ virtutis; ut hoc audientes Tintinnabulum tremiscant et fugiant ante sanctæ Crucis in eo depictum vexillum, cui flectitur omne genu cœlestium, terrestrium et infernorum: quod ipse Deus noster Jesus Christus præstare dignetur, qui, absorptâ morte per patibulum Crucis, regnat in gloriâ Dei Patris, cum eodem Patre et Spiritu Sancto, per omnia sæcula sæculorum. R. Amen.

L'Officiant essuie avec du coton l'endroit de la Cloche où il a fait l'onction, puis entonne l'Antienne suivante.



PSAUME 28.

AFFERTE Domino, filii Dei, * afferte Domino filios arietum.

Afferte Domino gloriam et honorem ; afferte Domino gloriam nomini ejus ; * adorate Dominum in atrio sancto ejus.

Vox Domini super aquas, Deus majestatis intonuit ; * Dominus super aquas multas.

Vox Domini in virtute, * vos Domini in magnificentiâ.

Vox Domini confringentis cedros ; * et confringet Dominus cedros Libani.

Et comminuet eas tanquam vitulum Libani ; * et dilectus quemadmodum filius unicornium.

Vox Domini intercidentis flammam ignis,

vox Domini concutientis desertum ; * et commovebit Dominus desertum Cades.

Vox Domini præparantis cervos et revelabit condensa : * et in templo ejus omnes dicent gloriam.

Dominus diluvium inhabitare facit : * et sedebit Dominus Rex in æternum.

Dominus virtutem populo suo dabit ; * Dominus benedicet populo suo in pace.

Gloria Patri, &c.

On répète l'Antienne Vox Domini. *Cependant l'Officiant prend de l'Huile des infirmes et en fait sept croix au dehors de la Cloche, à égale distance, quatre en bas et trois en haut. Puis avec le S. Chrême il en fait quatre autres au dedans de la Cloche, vers le bas, aussi à distance égale. A chacune de ces onze onctons il dit :*

CONSE†CRETUR et sancti†ficetur Domine, signum istud in nomine Pa†tris, et Fi†lii, et Spiritûs † Sancti, in honorem Sancti N. *(ici il nomme le Saint dont la Cloche doit porter le nom.)* Pax tibi.

Les onctions faites, et le Psaume et l'Antienne achevés, l'Officiant debout et découvert dit :

OREMUS.

OMNIPOTENS, sempiterne Deus, qui ante arcam fœderis per clangorem tubarum muros lapideos, quibus cingebatur adversantium exercitus, cadere fecisti ; tu hoc Tintinnabulum cœlesti bene†dictione perfundere, puri†ficare, sancti†ficare et consecrare digneris ; ut ante sonitum ejus effugiant ignita jacula inimici,

percussio fulminum, impetus lapidum, læsio tempestatum; ut ad interrogationem propheticam, Quid est tibi, mare, quod fugisti, suis motibus cum Jordanico retroactis fluento, respondeant, A facie Domini mota est terra, à facie Dei Jacob, qui convertit petram solidam in stagnum aquæ, et rupem in fontes aquarum. Non ergo nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam secundùm misericordiam tuam; ut cum præsens hoc Vasculum, sicut reliqua Altaris vasa, sacro Chrismate tangitur et Oleo sancto ungitur, tuâ bene†dictione sanctificetur, et quod arte aut metalli specie non potest fieri dignum, fiat tuâ benedictione perfusum; ut quicumque ad sonitum ejus convenerint, ab omnibus inimici tentationibus liberentur in corpore, et à pravis cogitationibus mundentur in mente, semperque Fidei Catholicæ documenta sectentur, atque tuæ consolationis gratiam percipere mereantur, Salvator mundi, cui flectitur omne genu cœlestium, terrestrium et infernorum; qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas, Deus, in sæcula sæculorum. R. Amen.

L'Officiant met dans l'encensoir de l'encens, de la pastille et de la myrrhe, ou au moins un de ces trois parfums; après quoi le thuriféraire met l'encensoir sous la Cloche pour qu'elle en reçoive la fumée. Puis on chante au Chœur l'Antienne et le Psaume qui suivent, chacun se tenant assis et couvert.

Ant.



a: quis De-us mag- nus si-cut De-

us nos-ter? æ u o u a e. 8 *ton.*

DU PSAUME 76.

VIDERUNT te aquæ, Deus, viderunt te aquæ; * et timuerunt et turbatæ sunt abyssi.

Multitudo sonitûs aquarum: * vocem dederunt nubes.

Etenim sagittæ tuæ transeunt: * vox tonitrui tui in rotâ.

Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ: * commota est et contremuit terra.

